

## Ziber

Si uero caelesti aqua decoquantur: succus ille smegma fit: quo solent fouere gāgrenas. eruptiōes pituitae: ulcera manantia utilissimum. Expedi ad lyenem bibere: & cū melle menstruis hārentibus: Lyeni crudi cū fico sicca triti ex aceto imponantur. Radix quoq; in aqua decocta urinas pellit. Medentur pecori cū chameleonte herba decocti: a qua in potū collata. Sanāt & scabiem quadrupedum omnium in amurca decocti: utroq; liquore postea mixto. Fumus crematorū calices necat. Trionē iter fruges sesamæ similem esse diximus: & a græcis erysimon uocari. Galli uelarū appellāt. Est autē fructicosum foliis erucæ angustioribus paulo: semine nasturtii. Vtilissimū tussientibus cū melle: & in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo: & lumborū uitis pleureticis torminibus caliacis Illinitur uero parotidū & carcinomatum malis. Testium ardoribus ex aqua: alias cū melle. Infantibus quoq; utilissimū. Item sedis uitis & articulariis morbis cū melle & fico. Contra uenena etiā efficacis potu. Medetur & suspiriosis. item fistulis cum axungia ueteri ne intus addatur. Orminum semine (ut diximus) cymino simile est: cætero porro dodrantali altitudine. Duorū generum alteri semen nigrius & oblongum. Hoc ad uenerem stimulantā & ad oculorum argema & albugines. Alteri candidius semen & rotundius. Vtroq; tuso extrahuntur aculei ex corpore p se illitū ex aqua. Folia ex aceto imposita panos per se uel cū melle discutunt. item furunculos: prius q̄ capita faciāt: omnesq; acrimonias. Quin & ipsæ frugum pestes in aliquo sunt usu. infœlix dictū est a Virgilio loliiū. Hoc tamen molitum ex aceto coctum impositumq; sanat impetigines: celerius quo sapius mutatū est. Medet & podagris: aliisq; doloribus cū oximelite. Curatio hæc a cæteris differt. Aceti sexratio uno dilui: mellis uncias duas iustum est: ita temperatis sextariis tribus decocta farina lolii sextariis duobus usq; ad crassitudinem: calidumq; ipsum imponi dolentibus membris. Eadē farina extrahit ossa fracta. Miliaria appellatur hæba quæ necat miliū. Hæc trita & cornu cum uino infusa podagras iumentorū dicit sanare. Bromos semen est spicam ferentis hæba: nascitur inter uitia segetis auenæ græcæ genere: & folio & stipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas uelut locustas habet. Semen utile ad cataplasmata atque hordeum & similia. Prodest tussientibus succus. Orobanchem appellamus necantem eruum & legumina. Alii cynomorion eam appellāt a similitudine camini genitalis: cuius cauliculus est sine foliis pinguis: rubens. Estur & per se & in patinis cū tenera est decocta: Et leguminibus innascitur bestiola uanenata: quæ manus pungūt: & periculū uitæ afferunt. Solifugæ generis. Aduersus has homnia eadem medetur: quæ contra araneos & phalangia demonstrantur. Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt & potus: zythum in aegypto: calia & carea in hispania: ceruisia & plura genera in gallia: aliisq; prouintiis: quorum omnium spuma cutem scemi narum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet: præstat ad uini transire mentionem: atq; a uite ordiri medicinas arborum.

### CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXIII. PROOEMIUM.



**P**eracta cerealium in medendo quoq; natura est: omniūq; quæ ciborum aut florum odorūq; gratia proueniunt supina tellure: non cessit his pomonae partesq; medicas pendentibus quoq; dedit: non cōtenta protegere: arborūq; alere umbra quæ dixi: immo uelut idignata plus auxiliū inesse iis: quæ longius a cælo abessent: quæq; postea cœpissent. primū enim homini cibū fuisse inde: & sic inductos cælū spectare: pasciq; & nūc ex se posse sine frugib; Ergo hercule artes in primis dedit uitibus: nō cōtenta delicias et & odores atq; unguēta omphacio & oenanthe ac massari: q̄ suis locis dixi nobiliter istruxisse. plurimū inq; homini uoluptatis ex me est Ego succū uini: liquorē olei gigno. Ego palmas & poma totq; uarietates. Neq; ut tellus oīa p labores: arāda tauris: terēda areis: deide saxis. ut quādo quātoue ope cibi fiat. At ex me parata oīa: nec curuo adorāda aratro: nec cura laborāda: sed sese porrigētia ultro & si pigeat attingere et cadentia. Certauit ipsa secū: plusq; utilitatis causa genuit etiā q̄ uoluptatis. Folio uitū & pampino capitis dolores: inflammationesq; corporū mitigantur cū polēta. Folia per se ardores stomachi ex aqua frigida. Cū farina uero hordei articularios morbos. pāpini triti & impositi tumorē oēm ficiant. Succus eorū dysentericis infusus medetur. Lachryma uitū quæ ueluti gūmi est: lepras & lichenas & psoras nitro ante præparatas sanat. Eadē cum oleo sapius pilis illitis psilothri effectum habet maximeq; aqua quā uirides ancisæ uites exudāt: qua & uerucæ tollūtur. pampini sanguinē excreantibus: & mulierū a cōceptu defectioni diluti potu profūt. Cortex uitū & folia arida uulnerū sanguinē sistunt: ipsumq; uulnus cōglutiant. Vitis albæ uiridis tusæ succo & thure impetigines tollūtur. Cinis sarmentorū uitūq; & uiuaceorum cōdylomatis & sedis uitis medetur ex aceto atē luxatis: & ambu